

R.H.
429
30

197

He
164


MEDITATIO
PRIOR
DE
STATVIS
EQVESTREBVS,

EDITA

X 2313056

A

Sebrecht PETRO PLOETTNERO.



DRESDAE, EX TYPOGRAPHEO KRAVSIANO,
A. Æ. C. clo lo cclii.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

MEDITATIO

PRIOR

DE

STATIVIS

FOVESTRIBUS

EDITA

STAVIS

DE



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a library stamp or publisher's mark.



NEC NON
SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DOMINO
HEINRICO,

S. R. I. PRINCIPI SCHWARZBURGI-
CO, E QVATVOR COMITIBVS, COMITI HOHEN-
STEINI, DYNASTÆ ARNSTADII, SONDRSHVSÆ, LEV-
TENBERGÆ, LOHRÆ ET CLETTENBERGÆ, CET.

PRINCIPI AC DOMINO MEO
ÆQVE CLEMENTISSIMO.

SEVERISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINGO
HEINRICO
S. R. A. PRINCIPIS SCHWARZBURG
CO. E. QUATOR COMITRVS. COMITI ROTM
STERNI DYNASTIE ARNSTADT. SONDERSHAUSEN
GENEALOGIA ET CETERA. TUBINGAE, C. 17
PRINCIPI AC DOMINO MEO
MORNE CLEMENSISIMO.





§. 1.

Virtute, imprimis si non in mera tantum & infructuosa speculatione consistit, sed actione se exerit, hominumque societati utilitatem præstare conatur, nihil nobilius nihilque præstantius esse, omnes ratione præditi ingenue confitebuntur.

§. 2.

Est enim ista societatis humanæ certissima ac immota basis firmissimumque vinculum, ad eius perfectionem maxime & ita tendens, ut hæc sine illa neutiqvam consistere possit, quippe quæ tunc colluvies ac sentina malorum, genusque hominum miserrimum foret, ac in belluinum plane degeneraret statum.

§. 3.

Quare etiam apud omnes easque cultiores gentes tanto semper fuit in pretio, ut in hac singulariter eminentes splendentesque personas, dum viverent, non solum admirarentur, revererentur, Diisque ferme assimilarent, ideo honore quam maximo ornarent ac cumularent, sed etiam post earum e vita discessum monumenta exstruerent, statuas ponerent, ac memoriam ipsarum hac ratione colere, conservare & posteris propagare studerent.

§. 4.

§. 4.

Imo & tales personas, eximias ob virtutes & perfectiones conspicuas ac illustres, in ipsorum Deorum numerum post obitum relatas esse, ex AVR. MACROB. in somn. Scip. L. I. videri potest, ubi de eo legitur: *Eius anima in Deos relata, quod nunquam deseruit virtutes, semper exercuit.*

§. 5.

Atque hoc omnes apud gentiles *ανθεωρεας* verum quondam fuit fundamentum. Plurima enim, imo cuncta ab ipsis culta numina commentitia atque ficta maxima ex parte homines fuere, qui ob excellentes & corporis & animi vires dotesque, ob insignes quibus fulgebant virtutes præclarasque actiones, ob egregia in genus mortalium merita ac singularia beneficia, ob rerum & artium utilissimarum inventa vel vivi divinis affecti sunt honoribus, vel certe mortui in Deorum numerum relati religiosissimeque culti.

vid. ROSINI Antiquit. c. n. DEMSTERI p. 214.

JO. GVIL. STVCKII descript. sacror. sacrif. gentil. p. 26. b
Delic. epist. a J. P. KOHLIO, cum præf. Magnif. Dni
KAPPII, L. II. ep. XI. p. 118.

JOACH. BVSSII dissert. de Apotheosi imperatorum. Witt. 1662.
JO. DAN. SCHOEFFERI diss. de Apotheosi & consecr. imper. Rom. Arg. 1730.

GISB. CVPERI Apotheos. Homeri ex lapide antiquissimo.
Amst. 1683.

§. 6.

Sola itaque, & quidem non fucata aut simulata sed vera ac factis declarata virtus beat. Hac duce Deoque ac fortuna comite omnia obtinentur, eaque his in terris vivitur, cetera vero mors & oblivio delent & absorbent. Hæc unica gloriosam mortali concedit immortalitatem, nec ad Stygias refertur undas, longe post funera viscescere facit, cum reliqua omnia, excepta anima, arescant quæsi, pereant & temporis successu evanescant. Divitiæ & reliqua volu-
bi-

bilis fortunæ bona fluxa atque fragilia, variisque fati casibus & vicissitudinibus sunt exposita, virtus clara æternaque habetur.

§. 7.

CICERO, unus e maximis & prudentissimis sine dubio quos ista ætas tulit viris, de virtutis præstantia & præmiis differens, efficacissimis verbis utitur, quibus crede, excellentius nihil nihilque elegantius hac in re excogitari & scribi potuit. Eius autem huc spectantia verba, quæ in Orat. pro MILONE, c. XXXV. leguntur, hæc sunt: *Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam. Esse hanc unam, quæ brevitatem vite posteritatis memoria consolaretur: quæ efficere, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cuius gradibus etiam homines in coelum videantur ascendere.*

§. 8.

Nec morosa nec pervicax, sed blanda ac facilis est. Nulli enim præcludit viam, omnes remota omni distinctione ad se invitat, accedentes libentissime admittit nec conditionem nec sexum respicit, imo nudo contenta est homine.

§. 9.

Genus itaque scæmineum ab eius femita nec repellitur, nec a conversatione cum ea excluditur, quippe quod virtutum quoque capacissimum. Mares enim sæpenumero virtutibus singularibus superavit, quæ de re tam sacri quam profani scriptores quam plurima nobis porrigunt exempla, quæ memoriam ipsius ære & marmore dignissimam reddiderunt.

conf. HAESLER de scæminis fortitudine claris.

§. 10.

Ac tot secula præterlapsa, tot tempora, quæ plurima mutarunt, imo & mutatio ipsa, mundi huius essentiam constituens, nondum mutavit aut abolevit virtutis legem, tam firmo enim tamque stabili ac immoto nititur fundamento, ut ne mutari quidem, nedum abo-

B

abo-

aboleri ac everti potuerit, nec imposterum etiam possit. Premi quidem potest, sed opprimi ac extirpari nequit, palmarum naturam habens, quæ sub pondere crescere dicuntur.

§. 11.

Hinc & hodie eas sublato omni discrimine suspicimus personas, laudibusque quam maximis etiam hostes efferimus, in quibus nos excellentes quasdam & inclytas virtutes perspicere existimamus.

§. 12.

Monumenta vero a monitu vel monendo *επιμον* habebant, quia prætereuntes quasi monebant, ut gradum sifterent, eaque attento animo contemplantur, mirarentur ac virtutes eorum, in quorum gratiam erecta, venerarentur, aliosque ad has strenue imitandas præcipue stimulant.

conf. FR. JUNIVS de pictura veterum §. 7. p. 73.

FIGREL. de Statuis illustr. Roman. p. 281.

§. 13.

Distinctio SERVII, quod monumenta sint memoriæ, monumenta vero a mentis admonitione dicta, mera subtilitas cerebrina est, quam & optimi atque exactissimi stili romani cultores non curant. vide J. M. DILLHERRI apparatus philol. p. 182.

§. 14.

Vocatur autem monumentum quidquid perpetuæ memoriæ gratia factum aut scriptum est, quo referuntur arcus, carmina, columnæ, cenotaphia, epitaphia, fana, historiæ, inscriptiones, lapides, nummi five mnemosyna, obelisci, picturæ singulares & notatu dignos casus representantes, porticus, pyramides, statuæ, scripta, tabulæ, vitæ illustrium &c.

vid. FABRI & GESNERI Thef. LL. voce monumentum.

adde Zedlers Univ. Lex. e. v. ubi multa huc spectantia collecta leguntur.

§. 15.

§. 15.

Inter præclara veterum monumenta ergo statuæ quoque eximium habuere locum, siquidem pauca privatorum ædificia, nulla fere loca publica, illustrium vestibula, eruditorum musea, ditiorum villæ, prædia & paucissima sepulera olim visa, quæ tali ornatu præstarent non solum, sed et abundarent. Ratio, cur statuæ tantopere adamabantur, procul dubio erat, quia aliquid magnifici ac pretiosi præ se ferebant, & ita oculos pascebant ac delectabant.

evolve FIGREL. l. c. c. 6.

P. JOS. ROCCI VULPI vetus lat. prof. T. X.

§. 16.

Romam præsertim, reginam olim & dominatricem maximæ ferme partis terrarum orbis, sumtuosissimis & innumerabilibus statuis ac aliis monumentis amplissimis superbiisse, notissimum. Et quid mirum? rapuit enim plurimis gentibus libertatem, iisque devictis eas spoliavit ac thesauros earum atque ornamenta ad se traxit. Tot sumtuosa vero monumenta maxima ex parte periere, & quæ cuncta secula admirata & admiratura sunt, fere profus evanuerunt. Rapta, rapina invadentium ipsa postmodum fiebant. Abi nunc Romam, videbis eam splendidissimam, sed quære ibi splendorem eius pristinum in veterum scriptis satis abunde decantatum stuporemque excitantem, in ruinis eam sepultam invenies, rudera cernes, quæ te docebunt, ea, quæ tanquam gloriæ signa quondam nituisse, nunc ceu fragilitatis & vanitatis monumenta adspicienda & consideranda esse. Rationes præterea, cur ex tot statuis, quibus quondam hoc mundi caput abundabat & resplendebat, perpauca hodie restent, vid. apud FIGREL. p. 61. & 227.

§. 17.

Respiciunt vero monumenta magis futura quam præsentia tempora, id quod CICERO etiam indicat in fragm. epist. sic scribens: *Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis*

B 2

gra-

gratiam. Quo collineant verba l. 42. C. de rel. & sumt. fun. ubi
Jctus: *Monumentum generaliter res est, memorie causa imposte-*
rum prodita.

confer l. 2. §. 6. h. t.

adde VAL. FOERSTERVM de iurisdictione rom. p. 545. no. 24.

§. 18.

Monumenta autem cum primis publica ceci virtutis testimonia in
memoriam virorum de republica aut orbe literato egregie merito-
rum condita, nemo cito pede prætervolet aut fugitivo oculo adspi-
ciat, sed JVLII CAESARIS instar ALEXANDRI M. statuum in-
tuentis ita contempletur, ut copiosissimum exinde fructum capiat
atque animomad paria laudabilia & illustria facta invitet, excitet,
inflammet.

vid. SVETON. in CAES. c. VII.

§. 19.

Vtilitatem vero ex talibus exemplis iisque magnis ante oculos sta-
tutis provenientem SALLVSTIVS bello iugurth. p. m. 194. quam
optime & maxime vivide commonstrat, dicens: *Sepe audivi, Q.*
MAXIMVM, P. SCIPIONEM præterea civitatis nostræ præclaros
viros solitos ita dicere, cum majorum imagines intuerentur, vehe-
mentissime sibi animum ad virtutem accendi, scilicet non ceram il-
lam neque figuram tantam vim habere, sed memoria rerum gesta-
rum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius
sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adeqvaverit.
Magna ergo exempla alliciunt atque incendunt nobilia atque heroi-
ca ingenia, eaque ad magna & laude digna audenda & facienda im-
pellunt.

§. 20.

Nec minorem vim ac efficaciam exempla in historiarum monu-
mentis consignata & attentione solerti, adhibita consideratione ac
contemplatione lecta in hominum animis habere similemque effe-
ctum

Etum producere, CICERO suo corroborat ac confirmat exemplo, qui in Orat. pro Arch. c. 6. *quam multas nobis imagines, inquit, non solum ad intuentium, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores graeci & latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda republica proponens: animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.*

Huc pertinet GRACIANI Uomo di Corte, edit. FREISLEBII, Max. 75. p. 149.

Et praecipue

PERILL. L. B. de WOLFF vernünftige Gedancken von der Menschen Thun und Lassen, §. 238. p. 152.

Legas, perpendas & applices, quae C. H. AMTHOR in eleg. libello, de iure decori, c. III. §. 20. & 21. p. 253. de aliorum imitatione sobrie philosophatus est.

§. 21.

In tantorum itaque virorum vitas & praecclare gesta tanquam in speculum quam diligentissime inspiciendum, atque exinde fructuosissima exempla sumenda, quam agendi regulam PLVTARCHVS in Timol. iamiam commendavit, scribens: *ὡς περ ἐν ἑσπετρῷ, κοσμεῖν καὶ ἀφαιμοῖαν πρὸς τὰς τῶν ἀλλῶν ἀρετὰς τὸν βίον ὀφείλεις.* h. e. quasi in speculo, ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes debes.

TERENT. Adelph. 3. 61. vid. edit. CORN. SCHREVEL. p. 505. n. 61. inf. var.

§. 22.

Ad perpetua virtutis & gloriae verae monumenta equestres etiam referenda omnino sunt statuae, quae solis imperantibus, quandoque & summis belli ducibus ob egregie & praecclare gesta honoris ac memoriae conservandae causa publice erigi solent, de quibus differere apud animum statui. Sed paucula quaedam de statutis in genere praemittam.

§. 23.

Quum autem iuxta CIC. de Offic. I. VII. omnis a ratione de re aliqua suscepta institutio a definitione proficisci debet, ut intelligatur, quid sit de quo disputatur, & huic regulæ satisfacere adnitar.

§. 24.

Statua itaque est figura, totam hominis formam habens, ex arbitraria materia constans, in perpetuam alicuius memoriam aut ornatus causa posita. Appellatur vulgo Bild-Säule.

§. 25.

Hinc statua equestris est figura hominis, eqvo insidens, ex arbitraria materia constans. honoris ac sempiternæ memoriæ causa præcipue posita.

§. 26.

Statuæ, ob singularia facta positæ, cum ad perennem memoriam tendant, eas ad monumenta publica iure referendas esse, nemo erit qui dubitabit.

§. 27.

Memoria ex factis oritur, sine quibus ea evanescit ac oblivioni traditur. Facta vero diversa sunt, hinc monumenta ob ea posita quam diversissime dispesci posse patet.

§. 28.

Statuas præterea non tam memoriæ sed et præcipue ornatus causa olim positas fuisse ex §. 15. liquet.

§. 29.

Harum quia in S. Codice non tantum sed et in iure Justiniano sæpius mentio fit, hanc materiam in locis & legibus ibi occurrentibus
iis.

iisque intelligendis & explanandis multam lucem adferre & hac ex ratione non inutilem censendam esse, in aprico est. -
vid. FIGREL. l. c. passim.

§. 30.

An vero legum circa eas olim a Romanis latarum usus practicus in Germania foris magnus an exiguus hodie sit? jam non disquiram.

§. 31.

Eruditi multum industriæ, diligentia ac eruditionis hoc in themate explicando comprobant, & id diverse pro diverso sibi proposito sine pertractant.

§. 32.

Quo vero L. B. qualicunqve hac in materia exarata & evulgata in conspectu quasi habeat scripta, ea, in quantum mihi iam cognita, adjiciam. Hæc vero sunt

JAC. RHENFERDII diss. de statu & aris &c. quæ in operibus eius philologicis, Ultrajecti clocxxll. iunctim editis, legitur.

Raccolta di statue antiche e moderne data in luce da DOMENICO DIROSSI, illustrata colle spozizioni a ciascheduna imagine di P. ALEXANDRO MAFFEI in Roma 1704. fol.

JAC. SPONII miscellanea eruditæ antiquitatis, in quibus marmora, statua, musiva, thoremata, gemmæ & numismata inedita referuntur ac illustrantur, c. f. Lugd. 1685. fol.

ALDI MANVTII dissertatio de signo & statua, quæ in eius dissert. epist. IX. est, & in Vol. I. thesauri Salengr. reperitur.

PIGMALION, ou la statue animée. Lond. 1742. 8.

PHIL. RVBENIVS, de iconismo statua togata.

REINH. DIET. VOIGTIVS de hypocrisi gentium circa statuas & numismata, Ged. 1711. 4.

ERN. CAS. WASSERBACHIVS, de statua Arminii, cum appendice, de statua Harminii, Wittekindi & Caroli M. Lemg. 1698.

HENR. MEIBOMIVS, de Irminfula Saxonica, Helmst. 1695. 4.
In-

Invenitur etiam in scriptoribus rerum Germ. ab ipso editis T. III. p. 3. adnotationes vero ad hunc tractatum leguntur ib. p. 30. Dissertatio de statua Arminii, vulgo *Zrmenſäul*, HERM. ADOLPHI MEINDERS Tr. de statu religionis & reip. sub Carolo M. & Ludovico Pio in veteri Saxonia, qui Lemgovia 1711. prodit, annexa.

NIC. MAYERVS de Celosis & statuis Rulandinis, rec. Halæ, 1734. 4.

NICETAS CHONIATA, de statuis Constantinopolitanis, quæ narratio extat in T. I. antiquitat. Constantinop. ab ANSHELMO BANDVRIO in II. Voll. edit. Par. 1711. f.

ANT. FERRI ex urbe Bitetti apparatus statuarum, novissime in destructis Cumis inventarum. Accedunt commentarii eiusdem & dissertationes super easdem & descriptio ipsius templi, in quo statua hæc quondam erant collocata.

Extant in T. IX. P. IV. Thesauri a PETRO BVRMANNO editi. Symbolica Diana Ephesina statua, a CLAVD. MENETREJO exposita, multis novis additionibus, nummis & monumentis antiquis illustrata. Romæ 1688. 8. cum fig. & numis.

Inserta est JAC. GRONOVII thes. antiquit. græc. Vol. VII.

JO. CHR. POLCKII diss. de magna Ephesiorum Diana, Lips. 1718.

JO. RICHARDVS de antiquitat. Divionensium & de statuis Divione repertis in Collegio Godramorum. Par. 1588. 8.

HECT. GODOFR. MASHI dissert. de uxore Lothi in statua Salis conversa. Hafn. 1706. inserta est dissertationibus eius, Hamburgi 1719. iunctim in 4to editis F. II. p. 1-27.

S. R. DN. D. CHRIST. WOLLII diss. de singulari fato & facto uxoris Lothi, Lips. 1730.

CASP. CALVOER

CHR. AVG. HEVMANNVS

ÆG. STRAVCHIVS

MICH. CHR. TIEROF

JO. JAC. ZENTGRAF

} de eadem materia.

De-

Description de la statue ou du monument erigé à la gloire du Roi LOUIS XIV. à Paris par Mr. le Marechal Duc de la Feuillade, à Paris 1690. 4.

JO. NICOLAI Tr. de Mercurio & Hermis Francf. & Lipsia, 1687. 12mo.

DIET. HERM. KEMMERICHII diff. de iure statuarum mercurialium & columnarum milliarium, Witteb. 1723. quam respondens CHR. CAR. SCHRAMMIVS, sub rubro: Saxonia monumentis viarum illustrata, h. e. de statuis Mercurialibus, columnis brachiatis ac milliariibus, von denen Wegweisern, Arm- und Meilen-Säulen, una cum affinis de postarum origine, viis publicis, milliariibus tractio, c. fig. ib. 1726. recudi curavit.

Dissertazione di PAOLO MARIA PACIAVDI, Teatino, sopra una statuetta di Mercurio del Gabinetto di S. C. del Signor Marchese dell' Ospital, Ambasciadore di S. M. Christianissima alla Corte di Napoli

vid. nova lit. Lipsf. de anno 1748. p. 377. & 1749. p. 209.

Annali sopra la statua di Nubochodonosore, con la loro esplicatione ed appresso uno breve indice gli annali e nommi di tutti gli Re ed Imperatori, che anno regnati sopra le qvatro Monarchie e di quelle ordinati il pontificato romano con lo imperio del Turco, dal primo Monarcha Nimrotto l' anno del mondo 1788. a questo anno 1602. per MARIA NOSSENIO. Dresda 1602.

LAVRENTIVS FAVSTVS, de statua Danielis, oder Erklärung des großen Bildnisses des Propheten Daniels, darinnen ein Historischer Auszug der IV. Monarchien und aller ihrer Haupt-Regenten, auf die Glieder des Bildnisses gerichtet, benebst Christlicher Erinnerung wegen der Genealogie derer Herrfoge zu Sachsen. Leipzig 1586. 4.

HABICHORST de Colosso Nebucadnezaris, 4to.

SAM. Nildorffers Encomia Austriaca, oder metallene und steinerne Statuen der Inspruggerischen Hof-Kirchen zum H. Creutz, 1715. 8. cf.

Beschreibung des herl. Mausolei oder Kayserl. und Königl. Grabs Maximiliani I. Röm. Kayfers, wie auch deren, um dieses Grab herumstehenden, und in die 7. Schuh hoch gar künstlich aus Erz gegossenen 28. Contrefaits-Statuen der vortrefflichsten Helden und Fürstl. Personen des Allerdurchlauchtigsten Erzhauses Oesterreich, samt der Designation derer kleinern am Chor in der Höhe stehenden, von Erz gegossenen Figuren, und Nachricht von der so benannten silbern Capellen, so zu sehen in der Keyserl. Königl. Hof-Kirchen zum H. Kreuz, bey denen Wir E. E. P. P. Franciscanis zu Insprugk. Es sind auch die Contrefaits-Statuen in 28. beyliegenden Kupfern zu ersehen, 4to. Wien 1750.

AVG. Neurauters statua pontis Pragenfis, Prag. 1714. fol. c. fig. Entwurff der Prager Brücke und ihrer Statuen, wie sie heutiges Tages aussiehet, mit saubern Kupfern und Beschreibung dieser Brücke, der darauf befindlichen Statuen, der Leben der abgebildeten Heiligen, der Säule des H. Wenceslai vor derselben, 2c. ib. 1716. 8.

vid. Catal. Bibl. Ryff. 1745. ed. P. II. n. IX. p. 165. ad n. 12.

JAC. GRONOVIVS, de imaginibus & statuis principum. Lugd. Batav. 1708. rec. 1735.

JO. GE. ROESERVS

JO. SAM. STRYCKIVS } de statuis principum, Witt. 1687.

JO. CHR. WICHMANSHAVSEN, de statua Rachelis sepulcrali,

JO. HENR. EGGELINGIVS, de statuis Rolandinis,

JO. FRIED. RHETIVS dissertt, de statuis Rolandinis, Francf. ad Viadr. 1687.

JO. DE CAVALLERIIS antiqvæ statuae urbis Romæ, Romæ 1569. f.

ALB. CHERVBINI antiqvarum statuarum, quæ in publicis atque privatis locis visuntur, icones, ib. 1584. f.

FR. PALVMBI novar. antiqvar. statuarum urbis Romæ liber I.

Tres hi libri inserti sunt P. I. della Galleria Giustiniana del Marchese VINCENZO GIUSTINIANI, Romæ 1631. f.

EDMVND. FIGRELIVS de statuis illustrium Romanorum, Holmiæ 1656. 8.

Ant,

ANT. MARIA GIROLAMO e ANT. MARIA. D'ALESSANDRO ZANETTI statue Greche e Romane che nell' Antifala della libreria di St. Marco ed in altri luoghi pubblici di Veneria si trovano P. II. c. multis tabb. æneis, numis & anaglyph. in Ven. 1740. fol.

FRID. MVLLERVS de statuis Romanorum, Giesæ 1664.

ANT. VANDALE de statua Simoni Magno erecta, dissertatiuncula, quæ invenitur in edit. 2. dissertt. de oraculis veterum ethnicorum, Amst. 1700. 4.

F.G. FREYTAG, de statuis *τετραέσμενοις* veterum, Lips. 1715.

§. 33.

Satis notum ac pervulgatum, in regione Refinensi aliquos ante annos Herculanium, oppidum in antiquis scriptorum monumentis occurrens, resectum, ibique pretiosissimum lectissimæ antiquitatis thesaurum effossum esse. Valde sumtuosarum statuarum aliarumque magni valoris rerum apparatus e terra erutum atque suis e ruinis in lucem felicissime protractum utriusque Siciliae Rex in regium palatium quod Neapoli est, transferri ibi reponi atque eum splendido in opere ad Musei Florentini normam ac imitationem componendo curate pariter describi iussit. Quod mandatum diligentissime etiam executum esse, relationes Colonienses, sub nomine Gazettes de Cologne satis notæ, haud ita pridem docuerunt. En ipsa relationis verba, quæ ibi leguntur: Demain on presentera au Roi les deux premiers Volumes del' ouvrage qui doit faire connoître au public ies richesses d' Herculanium. On n'en peut donner ici naturellement, que le titre: Prodromo (tel est il) delle antichità d' Ercolano alla Maestà del Rè delle due Sicilie CARLO BORBONE, di Monsignore OTTAVIO ANTONI BAYARDI, Referendario dell' una e dell' altra Segnatura, academico Etrusco e Cittadino Romano. In Neapoli MDCCLII. Nella reale Stamperia Palatina. Ceux deux premiers Volumes avant coureurs feront suivis de deux
C 2 au-

autres, & ensuite d'une histoire d'Herculanum, dans le goût des antiquités de Montfaucon. Comme l'ouvrage se fait par Ordre du Roi, il ne se vendra pas; mais fera distribué gratis.

vid. Nova lit Lips. de anno MDCCXLVIII. p. 561. Gazettes de Cologne MDCCCLII, N. XXVII.

§. 34.

Sed hanc antiquitatum fodinam nondum esse exhaustam eamque excellentissimos quandoque fructus percrutantibus largiri, variis ex novis politicis haecenus patuit. Huc pertinentia igitur, quæ hoc & tribus proxime elapsis annis in iis relatum legi, adjiciam.

Rom vom 31. May.

Man siehet alhier eine genaue Beschreibung von 9. bis 10. antiken Schildereyen, welche man zu Portici unter der Erden gefunden hat. Es sind einige darunter, deren Zeichnung und Farben-Mischung die Stücke des Raphaels unendlich überreffen. Man ist gegenwärtig beschäftigt sie in Kupfer zu stechen, und dadurch ihre Schönheit allen Kennern vorzulegen.

Verl. priv. Zeitungen MDCCXLVIII. 77tes Stück.

Neapolis.

In der alten untergegangenen Stadt Herculanum macht man noch täglich neue Entdeckungen, welche von der vermeinten Einfalt derer Alten ganz andere Begriffe geben müssen. Wenn zu der Zeit des Nero Herculanum ein geringer, unbekandter und unten am Vesuvio gelegener Ort die schönsten Küchengeschirre und andere Sachen, aufs schönste ausgearbeitet, mit Gold und Silber eingeleget, schon gehabt, so muß der Pracht zu Rom, Alexandria und Athen und in der folgenden Zeit zu Constantinopel ungleich größer gewesen seyn. Man findet unter denen Ruinen und unter dem Staub dieser, wiederum an den

den Tag gebrachten Stadt allerley Camees, welche alles, was man
in dergleichen Art verlangen kan, übertreffen.

Hamburg, unparth. Corresp. MDCCLI N. 79.

Eben daher vom 7 Merz.

Man hat vor kurzen unter denen Ruinen der alten Stadt Hera-
clea noch zwey prächtige marmorne Statuen gefunden, welche in die
Königliche Gallerie gebracht worden.

Berl. priv. Staats- und Gelehrte Zeitungen MDCCLII. 42tes St.

Tous les iours, on fait des nouvelles decouvertes admirables
dans les ruines d'Herculanum. On vient de tirer de ses decom-
bres tenebreux un Faune, qui caresse une chevre. Le fuit est
la generation des Satyres, sans être masqué en rien, objet, que
l'absurdité du paganisme n'a point rougi d'etaler même jusques
dans ses temples. En matiere de sculpture, c'est la meilleure
piece de toutes celles, qui ont été deterrées de ce tresor inepuis-
sable d'antiquités. Elle est dela bonne ecole grecque & des be-
aux iours des arts.

Gazettes de Cologne MDCCLII. N. XXVII.

§. 35.

Ast reperta hæc genuinæ antiquitatis perrara monumenta per-
paucis ac iis tantum in oris, ubi reperta, perspecta, orbi vero li-
terato subtracta atque incognita certe mansissent, nisi aliqui eru-
ditorum quam studiosissime ea descripta & explicata dedissent.
Hi autem, qui singularem cunctis ab eruditis hac in re iniere
gratiam, sunt Eminentissimus Dominus ANTONIVS MARIA
QVIRINVS, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, Archiepiscopus Brix-
ensis & Bibliothecæ quæ Romæ in Vaticano asservatur, Præfectus,
MAFFEIVS ac VENVTIVS. Prior in literis ad Dom. GESNE-
RVM, Professore apud Göttingenses celeberrimum
MDCCLXVIII. scriptis, antiquitates has Herculanenses breviter
ex-

He 164 A


exposuit, VENVTHI autem labor in germanicum idioma translat-
us hoc sub titulo prodiit: Ausführliche Beschreibung samt hin-
ländlicher Nachricht von Heracleja oder Herculis Stadt, welche,
nachdem sie 1800. Jahr unter der Erden gelegen, vor weniger Zeit in
dem Neapolitanischen, nahe bey der Königl. Stadt Portici und dem
Berg Vesuvio mit ihren Gebäuden, Tempeln, Schaubühnen, Bild-
Säulen und kostbaren Malereyen wiederum entdeckt worden, aus
dem Ital. übersezt. MDCCXXXIX. 8. His eruditus omni iure
adiungendus est Celeb. DN. JO. ERN. IMMAN. WALCHIVS,
Professor in inclÿta ad Salam academia Publicus, qui biennium
ante antiquitates Herculaneuses literarias edidit, quæ præterito an-
no Lipsiæ, adjecta Herculanei atque in eius confiniis erutarum
inscriptionum Sylloge recusæ sunt, cui anonymum quendam, qui
easdem antiquitates vernacula lingua evulgavit: von verschiedenen
Alterthümern, die unter denen Ruinen des alten Herculani entdeckt
worden, superaddo.

vid. nova lit. Lips. d. a. MDCCXLVIII. p. 561. MDCCXLVIII.
p. 346. & 404. MDCCL. p. 518. & p. 750. MDCCLI. p. 758.
Hamb. Berl. von gel. Sachen MDCCLII. n. 15. p. 120.

§. 36.

Quæ autem de statuis, exortis inde quibusdam proverbii, ha-
rum differentia & nonnullis aliis notatu dignis nunc differenda
forent, cum ceteris ad præfixum thema spectantibus in altera
meditatione alio pertractabo tempore.





R.H.
4-20
30

MEDITATIO
PRIOR
DE
STATVIS
EQVESTREBVS,

197
II e
164

EDITA

A

X 2313056

Lebrecht PETRO PLOETTNERO.



DR ESDAE, EX TYPOGRAPHEO KRAVSIANO,
A. Æ. C. clo lo cclii.

